

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De sancto Valentio xlii

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

concessit: sed secularibus negotiis implicari metuens secundam renuit et abcessit. Tandem victus precibus annuit voto regis. Quae cum baptisaret, tacetibus cunctis infans respondit amen. Post hoc rex ipsum in traiecit semper episcopum sublimari fecit. Qui cum a plerisque verbum predicationis contempnisset, in vasconiam iuit. Ubi cum quidam ioculator verba eius irrideret, a demone arripit et propriis dentibus se discerpens pro viro dei iniuria fecerit confitetur, et statim miserabiliter moritur. **B** Dum autem quadam vice manus lauaret quidam episcopus aquam illam seruari fecit, de qua quidam cecus postmodum curatus fuit. Cum in quodam loco de voluntate regis monasterium construere vellet, quidam episcopus proxime ciuitatis moleste hoc sustinens: misit famulos suos ut aut ipsum occiderent vel inde eijcerent. Qui venientes eidem dolose dixerunt ut secum pergeret: et si ibi locum aptum ad monasterium ostenderent. Ille autem maliciam eorum precognoscens, usque ad cacumen montis: ubi eum occidere cupiebant cum eis iuit, eo quod multum martirium affectaret. Sed ecce tanta pluuia et tempestate mons tegit: ut se muro videre non possent et iam se mori putantes prostrati veniam postulabant, et ut eos viuos abire permitteret exorabant. Qui orationem effudit: et serenitatem maximam impetrauit. Illi ergo ad propria redierunt, et sanctus amandus euadens et multa alia miracula faciens in pace quiescit. Floruit circa annum domini dciiij. tempore eraclij.

De sancto valentino. xlii.



Valentinus dicitur quasi valoris tenens hoc est in sanctitate pueritas: vel dicitur valentinus quasi valens puer, id est miles: ob illi Miles dicitur valens, qui nunquam cedit, fortiter ferit, se valenter defendit: potenter vincit: sic valentinus non cessit martirium vitando, percussit ydolatriam quando defendit fidem comminuendo: vicit paciendo.

Valentinus reuerendus presbiter fuit quem claudius imperator ad se adduci faciens interrogauit dicens. Quid est valentine? Cur amicitia nostra non fructus vestros deos adorans superstitionem tue abijcias vanitatis? Cui valentinus Si gratiam dei scires ista nequaquam diceres: sed ab ydolis animam reuocares, et deum qui est in celis adorares. Tunc quidam qui claudio astabat dixit. Quid vis dicere valentine de sanctitate deorum nostrorum? Cui valentinus. Ego de eis nil dico: nisi quod fuerunt homines miseri, et omni inmundicia pleni. Ad quem claudius. Si christus verus deus est cur michi non dicis quod verum est? Cui valentinus. Vere christus solus est deus in quem si credideris anima tua saluabitur re publica augebit: omnium inimicorum tibi victoria concedet. Respondens autem claudius astantibus dixit Viri romani audite quam sapienter et recte loquitur homo iste. Tunc dixit prefectus. Seductus est imperator. Quomodo deserem? quod ab infantia tenuimus. Et tunc claudij immutatus est. Traditur autem eundem principem in custodia. Et cum in domum eius ductus fuisset dixit. Domine ihesu christe verum lumen illuminamini istam: ut te verum deum cognoscant. Cui prefectus. Mihi te dicente quod christus est lumen. Equidem si filiam meam diu cecum illumauerit: faciam quecumque preceperis. Tunc valentinus orans eius filiam cecum illuminauit: et omnes de domo sua conuertit. Tunc imperator valentinum decolari precepit circa annum domini cdxxx.

De sancta Juliana xliii. A

Juliana dum eulogio prefecto nicomedie despiciata esset: et nollet sibi aliquatenus copulari nisi reciperet fidem christi iussit eam pater suus expoliari et grauissime cedi ac ipsi prefecto tradi. Cui prefectus ait. Dulcissima mea iuliana cur me ita delusisti ut me sic renueres? Cui illa. Si tu adoraueris deum meum ac quiescatis tibi alioquin nunquam dominus eris. Cui prefectus. Domina mea hoc facere non possum quia imperator amputari faceret caput meum. Cui iuliana. Si ita times imperatorem mortalem quomodo vis ut imperatorem non timeam immortalem? fac quicquid vis: quia me decipere non valebis. Tunc prefectus